

פִילְפּוֹלִי הַתְנָאִים
DISPV TATIONES APVD EBRAEOS

Q V A S
V I R I S
SVMME REVERENDIS, AMPLISSIMIS
CHRISTIANO WEISIO
S. S. THEOL. P.P. EXTR. ET AD S. NICOL. DIAC
ROMANO TELLERO
S. S. THEOL. P. P. ORD. ET AD S. PETRI ECCLESIASTAE
IO. CHRISTIANO STEMLERO
ECCLESIAE TORGAVIENSIS PASTORI, EIVSDEMQUE
ET VICINARVM EPHORO
S. S. THEOLOGIAE LICENTIATIS
SVMMOS IN THEOLOGIA HONORES
N O M I N E
FLORENTIS SVB PRAESIDIO PRIMARII
LIPSIENSIVM THEOLOGI
**D. CHRISTIANI FRIDERICI
BOERNERI**
SOCIETATIS PHILOBIBLICAE
QVA PAR EST PIETATE GRATVLATVRVS
S I S T I T
M. IOHANN GOTTLIEB BOSSECK
L I P S

Coll. diss. A
13, 17

L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEMIANA

a. XIII. 17.

DISPUTATIONES ABD EHRAS

6 V A S

V I R I S

SUMMEREVERENDI AMPLISSIMIS

CHRISTIANO WEIBIO

O D L E T O I A M O Y

IO. CHRISTIANO STEMBERG

CECERIVE JORGIVENSIS PASTORI, ET ASCEMATE

ET MONSTRVM APHRO



SUMOS IN HONORIBUS HONORES.

ИМЕНИ

FLORENTIS SANCTI PRIMIDI

PISCIENSIAM THEOLOGI

D. CHRISTIANI FRIEDERICI

FOERINERI

SOCIETATIS PHILOSOPHICAE

GAPAR ESTEREGATATUARIA

ET ALIA

M. IOHANNI GOTTLIEB BOSENCK

PIPS

LIPSIÆ

ANNO MDCCCLXVII

.6

VIRI
SVMME REVERENDI, AMPLISSIMI
PATRONI AC FAVTORES
HONORATISSIMI.



ubens *VOBIS*, quod iussus sum societatis nomine,
summae animi laetitiae testimonium offero. Gra-
tulatur sibi hodie, tantos *VIROS* quod olim so-
dales suos exoptatissimos habuerit, societas philobi-
blica; tantos inquam *VIROS*, quorum erudi-
tionem pariter ac pietatem non nostra solum Academia, aut Tor-
gauia tantum, verum exteri quoque, optime quidem, multum abest,
ut satis cognouerint, cognoscunt tamen, laudant, mirantur. *VE-*
STRA in Ecclesiam pariter ac Academiam, non satis laudanda
sunt merita, tanta cum existant, ut omnium bonorum applausum
mereantur. Nolitis igitur, rogo, a me pro meritis laudes expe-
clare, aptior cum sim *VOS* mirari, quam animi dotes, oris sua-
uitatem, indefessumque laborem quem ecclesiae causa in dies subi-
tis, omnia, verbo, quae et summus omnium rerum largitor *VOBIS*
concessit, *VOS*que *VOBIS* met ipsis, diligentia eximia acquisiui-
stis, satis enarrare, nendum verbis iactare. Sed quod me iubet co-

A 2

giatio-

gitationum debilitas, orisque infacundia, silentium, VESTRA
humanitas, VESTER ab omni ambitione remotissimus animus,
excusare, immo iubere videtur. Taceo igitur, aptioribus relin-
quens, ut VESTRAM gloriam praedicent; taceo tamen ita, ut
non possim non societatis nostrae nomine, et nostra gaudia de obla-
tis honoribus, et deditissimum animum publice declarare. Sum-
mus Seruator, VOBIS, VIRI SVMME REVERENDI,
semper adsistat, animi corporisque vires seruet, adaugeat, labores
fortunet, iisque quos dudum meruistis, hodie autem demum colla-
tos accepistis, summos in Theologia honores, iisdem inquam, quam
diutissime frui patiatur. Concedat hoc Deus O. M. Ecclesiae,
concedat huic Academiae, concedat nobis, concedat et mihi. In-
columem praestet VESTRAM SPLENDIDISSIMAM
FAMILIAM, vrbis nostrae Torgauiaeque decus, VESTRVM
gaudium. Ut verbo complectar, omnia VESTRA vota adim-
pleteat, superet. Sic non poterit non omnium bonorum desiderio sa-
tisfieri, non poterit non nostra Academia et Ecclesia optima quae-
uis sibi promittere, non poterit non ex animo gaudere. Hoc no-
stris demum precibus concedatis, rogamus, ut nostram societatem,
nosque singulos, VESTRIS precibus, Fauori ac Patrocinio com-
mendatos habeatis. Idem a VOBIS et mihi, expetere liceat,
cumque et in me plurima VESTRVM, TVI in primis S. R.
WEISI, extent merita, gratum nunc animum accipiat, nam
plura praestare non possum. Benignis oculis tenue hocce, et
nostrae societatis et mei in VOS deditissimi animi accipiat si-
gnum, sique non digna TANTIS VIRIS proferam, id magis
virium, quam voluntatis tenuitati tribuatis. Scribebam Lipsiae
d. IX. Febr. A. O. R. cIɔ Iɔcc XXXI.





פָּנְלָפּוֹלִי הַתְּנָאִיר

Disputationes iure inter praecipua veritatem confirmandi media referuntur, hinc omnium, literas saltem amantium populorum consensu, in orbem literariam sunt introductae. In Ebraeos quodammodo iniurii essemus, nisi eandem consuetudinem et nunc et olim apud eos floruisse, adfirmarremus. Disputationum autem nomine mihi vniunt, inter eruditos mixti sermones, quibus veritas contra obiectiones stabilitur. Societatis Philobiblicae leges postulant, ut non modo sanctissimas doctrinas, quas Scripturarum S. Volumen nobis praecipit, rite ex fontibus ipsis eruamus, verum et contra obiectiones motas, rite defendamus. Non igitur ut spero inique agam, si huius societatis nomine, de disputationibus inter Ebraeos visitatis, differam. Accedit, quod parum hactenus de hoc ipso themate, quantum constat, inter eruditos sit monitum, sique VRSINVM in *Antiquitatibus hebraicis Scholastico Academicis*, Hafniae 1702. Cap. X. p. 161. sqq. et Cl. NEVBAVERVM in *diff. de Ture disputationum apud omnes omnino gentes, exceptis Muhammadanis*, Hal. Magd. 1731. Cap. II. p. II. exceperis, reliqui raro nomen tetigerunt, rarius aliquid ad rem spectans proposuerunt. Tentabo igitur quid humeri ferant, quidque ex parum hactenus mihi apertis Rabbinorum latebris, eruere possim, est enim ad hanc rem זֶרְזִירְן קְלִילֵין בָּאוֹרָחָא רְחִיקָה viatici parum, in via longinqua.

Est genus hominum, qui nihil magis absurdum, Iudaicorum librorum scriptoribus, nihil censura sua dignius, omnibus iis quae

VI

Iudei dixerunt, fecerunt, reputent, clamitent. Qualis vero ab iis expectari potest censura, cum ipsi plerumque nec legerint nec viderint, imo nec legere possint, multo minus intelligere ebraeo idiomate scriptos libros. Non omnibus sane datur hunc adire Corinthum, cum nec omnes sensum Rabbinorum, licet eosdem legant, intelligent, nec omnes acumen eorum, et sublime, quod in his scriptis latet, sentiant. Non mihi hoc sumo, omnes uno ore ut laudibus eucham scriptores, ut omnes omnium sententias adprobem, tantum tamen nemo non vel paululum mystis Rabbinorum imbutus mihi largietur, ingenium summum, indefessum aborem, iudiciique haud parum ex scriptis eorum, in primis antiquiorum, elucefcere; quodque forte fabulosum et anile adparat, minus tale videbitur, si morem illorum loquendi, uno verbo si allegorias illorum scies. Velim hic legi quae doctissimus MAIMONIDES in Comment. ad Mischnaioth tr. סנהדרין cap. X. fol. 190. b. sq. differit, vel si quem non licet adire ebraicum idioma, euoluat Celeb. Surenhusii editionem Mischnae T. IV. ad Cap. XI. dicti tractatus p. 259. sq. quod enim et in Talmudis Babylonici Opere ipso Amstelodami 1644. sq. edito et in Surenhusio est caput X. in Mischnaioth cum Comment. Maimonidis et Obadiae de Bertenorae Riuae 1559. edito *) caput est XI. et contra quod illic est XI. hic est X. Vel si etiam haec ita se non haberent, licebit tamen, summorum virorum vestigia premere, et de re quadam ex scriniis Rabbinorum petita, paucis differere, de modo nimirum disputandi apud eos recepto. Mihi autem nunc non de quavis in scriptis eorum contra dissentientes veritatis confirmatione sermo est, alias enim maximum exemplorum cumulum coaceruare possem. Nec etiam argumenta ad regulas logices accommodata expectare iubeo, licet nec hanc disciplinam plane intactam ab ipsis mansisse, vel הגיון שְׁלֵמָה הַחֲכָם רְשָׁמָעָן Logica sapientis Rabbi Simeonis demonstrare poterit. ** Extat quoque liber haud indocte scriptus אֶנְרַת הַוִּיכָוֹת dictus

* Quam editionem, Summe Venerabilis olim Hamburgensem Pastor IO. CHRISTOPH. WOLFIUS in Bibliotheca sua Hebraea plane omisit, cum aliam potius, eiusdem anni Sabionetae impressam, editionem sistat.

** Edidit eam Seb. Munsterus cum versione latina Basil. 1527. Quis ille Simeon fuerit nondum constat, nec quare hic Simeon auctor dicatur, hactenus fuit evictum, cum non nisi titulus hoc nomen sistat. Potius cum laudato

dictus R. Schem Tou ben Ioseph ben Palkeira auctore, in quo disputationes philosophicae inueniuntur, in primis de hoc argumendo, quod studium Legis et Philosophiae inuicem non pugnant. Plures si spatium permitteret, libros adducere possem, qui probarent, Philosophiae studium minime a Rabbinis alienum esse. Sit mihi autem nunc sermo, de publice institutis disceptionibus, quibus quamlibet proponere sententiam, et cui libet sententiae obiicere licebat, modo ut veritas inde eliceretur. Tales in gente Ebraea in usu olim fuisse iure mihi adfirmare video.

Duo autem in primis tempora singulis annis exposita eiusmodi disputationibus erant, mensis Elul et mensis Adar. Sic enim **התלמידים הכאים ס' יוחסן** fol. 124. b. edit. Cracou. 1581. **טכל המקומות שם יושבים ומתקבציט ובאיין מכל המקומות בחרש כליה שחוייא חדש אלול ביום הקיא ואחר ביום החורף** i.e. Discipuli veniebant ex omnibus locis ubi habitabant: veniebant et congregabantur ex omnibus locis mense Calla, ille est mensis Elul, tempore aestatis, et semel tempore hyemis. Et qualis mensis in hyeme fuerit, mox dicitur, scilicet Adar et in mense Adar dixit ad eos etc. et **ובאיין כלם יוושכין לפניו ראש היישובות באדר ובאלול** iterum legitur et venerunt omnes et federunt coram Rectoribus in Adar et in Elul. Coincidit autem Adar cum nostro Februario, et Elul cum Augusto. Non tamen in his mensibus,

omnes laudato nec satis laudando Wolfio no. 1594. adfirmarem, ipsum Mosen ben Maimon, hunc librum conscripsisse, cum praefatio ita incipiat **אוצר רבינו משה בן כבוד רצימון זל** i.e. Dixit Rabbi noster Moses filius honorati R. Maimon bonae memoriae. Constat enim hunc morem esse Rabbinorum, ut plerumque libros suos in primis praefationes cum commemoratione sui nominis incipient; sic v.c R. Immanuelis **טמחברות ס' מילא** ita in fronte habet **אמר עמנואל בכר שלמה זל** i.e. Dixit Immanuel filius honorati R. Salomo, b.i.m. ut alios libros taceam. Scripta est autem illa Logica primum lingua Hagarena, quod finis libri tradit, transtulitque eandem Meses filius Samuelis. Verba sunt **בשלם החבור ברצון השם ית' ושורתו זה העתיקו אל לשון עברו מלשון הנרי רבינו משה בן החכם הפלסוף ר' מואלש בן חבן ספרדי זכרונו לפ'** i.e. finit opus hoc ex voluntate Dei benedicti arque auxilio eius; quam in linguam Ebraeam transtulit de lingua Hagarena Rabbi noster Moses filius sapientis Philosophi Rabbi Samuelis filii Thubonis Hispani, bonae memoriae. Occurrunt in hoc libro, omnia vocabula, quae in logica aliqua expectari possunt, eaque explicata exemplisque comprobata. Liber hic sane non parum utilitatis adferet iis, qui scripta Rabb. legere volunt, modo in plurim manibus esset.

VIII

omnes dies talibus destinati erant exercitationibus, sed tantum
dies Sabbati, quod idem יוחסין i. c. adfirmat רשותה ר' שירץ
ישיבה לנשותם בנויסתן זודען עליין כל-כך כדר' שבתות קרל
חרש אדר i. e. cum autem princeps académiae aliquem tentare
volebat circa studium suum, constituebat omnibus quatuor fab-
batha mensis Adar.

Disputantes igitur erant תַלְמִידִים qui minime tales erant, qui adhuc discere debebant, sed qui iam antea didicerant, quod ex Talm. Bab. tr. fol. 114. a. fatis apparet שָׁבֵת. אמר רבי יוחנן ז' שָׁבֵת, הממןין אותו פרנס על החיבור, וזה שׂוֹאֲלִין אותו רבר הלכה בכל מקומות ואומר ואפִילו במסכת קלדה Et dixit R. Iohanan qualis est discipulus sapientum? ille quem praeficiunt congregationi pastorem: ille qui si eum interrogent aliquid ex Gemara quoquis in loco potest respondere, et quamvis quaestio sit ex tractatu de sponsa. Et iterum dicitur Et iterum dicitur רבי יוחנן, איזחו תה, כל שׂוֹאֲלִין אותו הלכה בכל מקום ואומרה, למי נפקא מיניה למנוייה פרנס על הצבור, אי בחרא מסכתא Et dixit R. Iohanan quis est discipulus sapientum, qui, ex quoque loco Gemarae eum interrogent, possit respondere. Qualis inde mihi utilitas? ad constituendum pastorem congregationis, si possit respondere ex uno tractatu, in sua ciuitate; si in omnibus est institutus, ut possit constitui Rector Academiae. Quod autem in hoc loco de postulatur, illud tractatu תענית fol. 10. b. ex parte illis qui dicebantur tribuitur: איזחו ייחיר וαιיזחו תלמיד, ייחיר כל שראוי למנותו פרנס על החיבור, תלמיד כל שׂוֹאֲלִים אותו רבר הלכה במלמדו ואומר ואפִילו במסכתא. Quisnam est et quisnam est ייחיר Resp. est ille, qui dignus est, ut praeficiatur pastor Synagogae, est ille, qui si interrogent eum aliquid de traditione in doctrina sua, habet quid respondeat, etiam ex tractatu קלדה. Videtur igitur, nulla esse differentia inter ייחידיים et תלמידים in primis cum paulo ante adseratur תננו רבנן, אל אמר ארם cum Rabbinis i. e. Tradiderunt Rabbini, ne dicat aliquis, ego sum, non idoneus sum, qui siam ייחיר, omnes enim discipuli sapientum sunt ייחידיים. Sed haec posterior assertio in sequentibus reiicitur, quando aliorum Rabb. sententia memoratur huius tenoris: תננו רבנן, לא כל הרוצה לעשות עצמו ייחיר עוזה, תלמיד עוזה: tradit-

tradiderunt Rabb. non omnis, qui vult se ipsum facere hoc
 facere potest, qui autem vult se facere potest. Vno
 verbo ייחיד maior est quam ה תלמיד licet etiam interdum di-
 catur. Omnem autem differentiam ה תלמיד ad hunc locum
 ostendit. Lubet adscribere: ייחיד ה יוזו כ' טרחיי לאמנותו פרנס על כיון לנטות:
 פרנס ו/or יוזו תלמידי, כל טוטולין דנרב כל מוקסנו, וקצת לככון מצהע לקרי תלמיד הוטו
 מילע לנטיב טוטולין לו לנרב כל מוקס נטיב מוקס ו/or ו/or, וכחם המרון נמסכת שנת גמרא חל
 קטריס, או יוזו תלמיד קרחיי לאמנותו פרנס על כיון כשיועט לנטיב כל טוטולין דנרב כל מוקס
 ואפילו נמסכת כלב, או מלחן קרחיי לאמנותו פרנס על כיון כשיועט לנטיב, וככל
 מצהע לארתו קרחיי לאמנותו פרנס כי מילתך הדרוית, וועוד בככה מצהע ליקוד עדיף
 מדרקיה נסחוך לה כל כרואה בעשות עזמו ייחיד טוטה המכ כרואה בעשות עזמו תלמיד שוטט
 ויפ' לאחר דיט מילוק נטלאיל, לזרקן כטרכ בז' ח' מוקס חד וככל בתלהיזיס הנקנו
 ז' טוחן ח' ברך חמץ טכו לומד וו' טוחן חמיקס חד ו/orו ברך יודע לנטיב
 הכל כתלהיזיס הכל חד ו/or חד כמי טהילתו ואפילו נמסכת כלב ז' ייחיד דעתך מתלהיזיס
 ניכר ונקלות תלמידי סטס ז' קטריס הוטו ולמי לאמנותו פרנס על כיון
 האל הוא חייך יודע לנטיב האל נמסכת ז' נקלות גס כן תלמיד וו' טיריה בכלה.
Quisnam est ייחיד etc. qui dignus est, ut constituatur pastor
 congregationis, ut sit pastor. Et quisnam est? omnis, qui
 interrogatur ex quovis loco gemaræ etc. **Quæstio est;** hic enim
 intelligitur talis ה תלמיד qui possit respondere ad omnia loca
 de quibus interrogatur ex gemara, et eadem possit explicare,
 et illuc dictum est in tr. **כלך** **שברת** capite (fol. n4.)
Quisnam est ה תלמיד qui dignus sit ut constituatur pastor con-
gregationis? ille qui potest respondere ad omnem quaestio-
 nem ex gemara, etiam ex tr. **כלך** Inde concludendum est
 quod ille qui dignus sit constitui pastor congregationis, sit ille
 qui potest respondere, et hic intelligitur ille, qui sit dignus
 constitui pastor. Contraria igitur sibi sunt haec duo loca.
 Porro ex nostro loco concludi potest, quod melior sit
 (quam) ה תלמיד (qui) statim adiicitur, non omnis qui se ipsum
 vult facere se potest facere, ast qui se ipsum vult facere
 ה תלמיד, se potest facere. Ad hoc respondetur. Est dif-
 ferentia aliqua inter ה תלמידים, necessaria est haec explica-
 tio. Quando Rabbi venit in locum aliquem, et omnes
 ה תלמידים sunt penes ipsum, hic ה תלמיד interrogat Rabbi, quod ipse
 docuerat, aliud aliud quaerit, et hic Rabbi potest respondere
 omnibus ה תלמידים unicuique ad quaestione suam, quam-

X

uis sic quaestio ex tr. **כל-** talis Rabbi est et melior est, quam **תלמיד** de quo hoc loco sermo est, et hic ייחיר tamen dicitur. Illuc in capite **קרוּם** sermo est de tali qui vere constitutus est pastor congregationis, et tamen nescit ex alio tractatu quam ex suo (quem scilicet exposuit) respondere, hic etiam dicitur, **תלמיד**, et de tali hic sermo est (quando scil. dicitur, quod se non possit facere ייחיר conf. quae de voce **תלמיד** monuit Lightfootus Hor. Hebr. et Talm. in quatuor Euangel. p. 231. sq.

His **תלמידים**, quia sine dubio hic generali vocabulo dicuntur, ut et **ישיברֶז**, sub se comprehendant, f. Rector Academiae singulis conuentus eorum mensibus aliquem tractatum adsignabat, ut eum tempore illo quo domi erant perlegerent, ut eo magis apti essent ad disputationes de rebus in eo occurribus instituendas. Docet hoc יוחסין fol. 124. b. **וכל** אחר, ואחר מן התלמידים במקומו גורס ומעין **כל** אותן ה' בראשׂת המסכתא שאמר להם ראש **ישיברֶז** בצתם מעמו ובאריך אומר להם מסכתא פלונית נפרש באלוֹן וכמו כן באלוֹן אומר להם תלמידים **מתכחָא פלונית נגורס בארכָן**. Et unusquisque ex in loco suo legebat et studebat eo quinque mensium intervallo, illum tractatum, quem ipsis adsignauerat Rector Academiae, quando ab ipso discedebant. In mense nimirum Adar dixit eis: tractatum hunc vel illum declarabimus mense Elul, et eodem modo dicebat mense Elul: tractatum hunc vel illum legemus in Adar. Quando deinde tempus praescriptum veniebat, in locum congregationis בירג הוועַר dictum, accedebant, ibique coram Rectore elationi in sella, quae מהורי הגראudiebat, locum obtinente, vel stabant vel sedebant.

Est quidem communis prope virorum doctorum sententia, non licuisse sedere, quando de lege diceretur, quam in primis Vir de his literis immortaliter meritus WAGENSEILIVS tr. סוטה cap. 9. p. 315. sq. edit. totius Mischnae Cel. Surenhusii T. III. defendere annititur. Fundamentum huius

huius sententiae ex verbis Talm. Babyl. tr. fol. 21. a
תנו רבנן מימות משה ועד רבנן גמליאל
לא היו למידין תורה אלא מעמר משמה רבנן גמליאל
יוד חולי לעולם והיו למידין תורה מושב
Rabbini, a diebus Mosis usque ad aetatem Rabban Gamalielis,
non discebant legem nisi stantes, sed mortuo R. Gamaliele
aegritudo inuasit mundum, adeo ut discerent deinde legem
sedentes. Prouocant Gemarici ad tr. fol. 49. a.
quando dicunt וחיינו רחנן וגוי et hoc est quod traditum est;
locus autem tr. סוטה ita habet: משמת רבנן גמליאל הוזן:
וכבר רבי בדור הראשון ומתחה טהרה ופרישות
אברה מנין לרוב תלמידים ישב על גבי מטה ווישנו
et dixit Rabbi Abihu unde scimus,
quod Rabbi non licuerit sedere in lecto et praelegere disci-
pulo sedenti humi; *) R. Salomon Izchack haec monet
שלמי ישב על גבי המיטה אלא או שניחב על גב
המיטה או שניהם על גבי קruk
Non sedet super lecto, sed
aut ambo (scil. et docens et discens) sedent in lecto aut am-
bo in terra. Sensus igitur supra citatorum verborum hic esse
videtur: A tempore Mosis ad mortem Gamalielis ex arbitrio
docentis pependit, an velit sedere, an velit stare, ita tamen
ut semper ad voluntatem praedicantis, omnis coetus se ac-
commadauerit. Post mortem autem Gamalielis semper se-
derunt addiscentes legem. Hanc si adsumimus explicatio-

B 2. nem

*) Optime hoc quadrare videtur illud praeceptum Iose ben Ioëzer in
Talm. B. tr. fol. 25. col. 1. וחיי טחאכק בעפר רגלהיכט פרקי אבות
puluersans te in puluere pedum eorum cf. Obad. Berten. in h. fol. 212. a.
cf. etiam Leusdenium et Fagium apud Surenhus. T. IV. p. 412.

nem, optime historiam illam quam Talmud Hierosolymitanum tradit, cum hoc dicto conciliare poterimus. Liceat totam narrationem transcribere, cum simul egregium exemplum disputationis institutae sistat. Verba ut in tr. ברכות fol. 7. col. 3. sq. occurruunt, ita fluunt: מעשה בתלמיד אחר שבא ושאל את רבי יהושע תפילה העבר מהו אמר לירח רשות נאה ושאל את רבן גמליאל תפילה העבר מהו אמר לירח חובך אמר לו והא רבי יהושע אמר לי רשות אמר לו לאחר כשאכנס לבית הווער עמור ושאל את ההלכה הזאת, למחר עמר אותו תלמיד ושאל את רבן גמליאל תפילה העבר מהו אמר לו חובך אמר לו הנה רבי יהושע אמר לי רשות אמר רבן גמליאל לר' יהושע את הוא אומר רשות אמר לירח לאו אמר לו עמור על רגליך ויעידוך והירח רבן גמליאל ישב ודורש, ורבי יהושע עומד על רגליך עד שריםנו כל העם ואמרו לרבי חצפיה התרגום, הפטר את העם אמרו לרבי זינון החזון אמרו התחיל ואמր התחליו ועמו כל העם על רגליך ואמרו לרבי על מי לא עברה רעתך תמים וגנו וגנו Historia est de discipulo quodam qui venit et interrogauit Rabbi Iosuam, oratio vespertina cuius qualitatis est? Respondit illi, arbitraria. Venit et interrogauit Rabban Gamaliel, oratio vespertina qualis est? Dixit ad eum, est ex officio. Cui alter, nonne R. Iosua dixit ad me, esse liberam? Dixit ad eum, cras quando ingrediar domum congressus, sta et interroga de hac re. Prosttit ille discipulus, et interrogauit Rabban Gamaliel, oratio vespertina qualis est? Dixit ad eum, est ex officio. Et alter, at ecce R. Iosua dixit esse liberam. Dixit ad eum (scil. Gamaliel ad Iosuam) exsurge in pedes tuos, ut in te testentur. Et erat R. Gamaliel sedens et exponens, et R. Iosua stabat ad pedes eius usque tum acclamaret ei omnis populus. Dicunt ad R. Chotspith interpretem, dimitte populum. Dicunt R. Zinnun Hachazan incipe; et dixit, incipite. *) Et stetit omnis populus in pedibus suis, et dixerunt ad

*) Clarius haec verba in hoc tractatu quam in העניות expressa sunt. Cum

ad eum (Gamaliel) ad quem non malitia tua semper transiit? etc. Eadem prope verba leguntur tr. fol. 67. col. 4. aliis autem verbis hoc factum legitur in Talmud. Bab. tr. fol. 27. b. hinc etiam **בֵית יִשְׂרָאֵל** P. I. fol. 38. idem exhibit. Non quidem me latent verba Talm. Bab. I. c. **מַנִּיל**. **רַבִּי יוֹחָנָן אָמַר אֵין רַשְׁיבָה אֶלָּא לְשׁוֹן** R. Iochanan dixit, non est intelligendum de fessione (quod nempe Moses federit in monte,) sed potius est vox commorationis, nam dicitur Deut. I, 46. et commorati estis in Kades multos dies. Plurimaque praeter hunc locum adductum, probant, quod vox **רַשְׁב** saepe idem sit ac permanere, sed hunc sensum permanisionis, in historia a me adducta, locum habere non posse, vel inde patet, quia Rabban Gamaliel ad Rabbi Iosuam dixit: **עַמּוֹד עַל רְגָלֵיךְ** sta in pedibus tuis, et deinde adiicitur **רַבֵּן גָּמָלִיאֵל** יושב ודורש ורבי Et fuit Rabban Gamaliel sedens et praedicans, sed Rabbi Iosua stans erat in pedibus suis. Et paulo post haec verba leguntur: **וְכַמָּה סִפְלֵין הַיּוֹ שֵׁם רַבִּי** יעקב בן סיסי אמר שטנין ספליים היו שם שם תלמידי חכמים חוץ מן העומدين לאחריו הנרו, רבוי יוסי כי ר' אבן אמר שלש מאות היו שם חוץ מן העומدين Quotnam fuerunt sedilia ibi? Rabbi Jacob ben Sisi (vel vt in tr. **תְּעִנּוֹת** nominatur) dixit: octoginta sedilia discipulorum sapientum fuerunt ibi praeter eos qui steterunt post cancellos. R. Iose ben R. Abon (in legitur **בֵּי רַבִּי בָּן** dixit: trecenta sedilia discipulorum sapientum fuerunt ibi, praeter stantes post cancellos. Exempla etiam in sacris pandectis habemus, vbi auditores sedisse dicuntur v. c. Ezech. XXXIII, 31. **וּבוֹאוּ אֲלֵיכֶם כְּמַבּוֹאֵעַם וְיִשְׁבּוּ** **לִפְנֵיךְ עָמֵד** Venient ad te iuxta aduentum populi, et sedebunt coram te sicut populus meus. Christi quoque exemplum Luc. II, 46. inter doctores sedentis, quicquid moneat

XIV

LIGHTFOOTVS l. c. p. 742. sqq. huc iure referto, ut taceamus
 Marc. III, 32. 34. Hinc etiam יוחסין adfirmat discipulos se-
 disse coram rectore, verba sunt וואים כרְבָּס ווֹשְׁבֵן לִפְנֵי
ראשי היישובות באדר ובאלול וראש היישוב שומר
עליהם על גרטהם ופוק אוטם. Venerunt itaque
 omnes et federunt coram rectoribus Academiarum in Adar
 et in Elul, et rector Academiae stabat super eos, super stu-
 dium ipsorum, et eos examinabat. Non tamen omnibus
תלמידים unus sessionis locus eademque dignitas fuit, potius
 octo fuerunt ordines; in primo qui sedebant, dicebantur
רמשים, et ex his priores tres **חברים** audiebant, reliqui
 septem ita nominabantur, quia quilibet ex illis
זה סדר praeerat ordini alicui ex septem sequentibus:
ישובתם ראש ישובות יושב ולפניו עשרה אנשי והוא
נקראת דרא רכמאת ופניהם אל פניו ראש ישובת
והעשרה שיושבין לפניו מהם ראש כלות
וגם חברים, ולמה נקראו שמות ראש כלות,
שכל אחר מהם מטונת על עשרה מן הסנהדרין
זה סדר הנקראין אלופים. Et hic est ordo academiarum
 illarum. Rector sedebat, et coram eo decem viri, et illa (sc.
 series) dicebatur **דרא קמץ** prima habitatio, et facies eo-
 rum erant directae, ad faciem Rectoris. Et ex his decem,
 qui sedebant coram eo, nonnulli erant **ראשי כלות capita**
 communitatis, et tres **חברים** socii. Et quare dicebantur
 nomina eorum **ראשי כלות** quia quilibet ex ipsis praefe-
 ctus erat decem ex Sanhedrin, et hi dicebantur **אלופים**
 Omnibus tamen licuisse de rebus Theologicis differere, licet
 hoc in primis **ראשי כלות** competeret vel sequentia docent. Sa-
 lutabant autem se inuicem quando conuenerant, omnesque
 Rectorem salutabant, eundemque rogabant, ut explicationem
 suorum dubiorum addere velit. וְהַם מִכְבְּדִין זֶה אֶת זֶה וְהַכְּלִיל
מכברין את ראש ישובת ושאלין אליו פרטורן ואין אחר
诗词 יכול לרדכ בפניו עד שיתן לו רשות וهم מרובם
כל אחד ואחד כפי חכמתו והוֹתָר מרחיב להם רבויות
כפרטורן

בפרטין כל הלוּכוֹת וחלכוֹת ערך שיאתבhor להבב הכלל
 Et ipsi se inuicem salutabant, et omnes salutabant Rectorem, et ab eo interpretationem petebant. Neque fas erat cuiquam illorum loqui coram eo, nisi ei Rector dedisset veniam. Quilibet autem eorum loquebatur secundum sapientiam suam, et ipse dilatabat ipsis verba ipsorum, interpretando singulas halakas, donec eis omnia clara reddita fuissent. Et iterum fol. 125. a. haec verba leguntur:
ולשאך חתלמיוריך אין צרייך *ה* לא כל אחד אחר וגנורס באיזה מסכתא שירצאה,
 זכר היורה מנהגם בתשובה השאלות בכל יום מהחדרש ארם מוציא אליהם כל השאלות שהגינו אליו וננות להם רשות, שישיבו תשובה עליהם, וזהם מכברין אותו ואומרים לו לא נשב בפנור ערך שהונא תוקף בהחסן, וזה מרבים כל אחר ואחר לפיו דעתו לפי חכמתו ומקשין ומפרקין ונושאים ונונתניין בכל דבר ורבך ומעיינין יפה יפה;
i. e. Caeteros vero discipulos opus non erat probare, sed unusquisque recitabat in eo tractatu, quo ei magis placebat, et haec erat consuetudo eorum in responsonibus ad interrogata singulis diebus mensis. Quilibet proponebat eis postulata, quae obueniebant ei, et concedebatur licentia respondendi ad ea. Ipsi autem honorabant eum et dicebant: Non respondimus coram te, quo usque ipse validus sis in eis, et tunc loquebantur singuli secundum suam sapientiam et argumentabantur, diuidebant, sustollebant, et reddebant ad unum quemque sermonem, et optime respiciebant. Haec non differunt ab eis, quae in **פרק אבורץ** cap. 5. fol. 30. col. 1. requiruntur a sapiente מהר בפנוי מיר שהורא גדורל מכנו בחכם אין מדבר בפנוי מיר שהורא גדורל מכנו בחכמה ובמנין, ואין נכנס לתוך דברי חבירו ואין נכח להшиб, שואל כענין ומשיב כהלוּכוֹת, ואומר על ראשון ראשון ועל אחרון אחרון, ועל מה שלא שמע *i. e.* sapiens non loquitur coram eo, qui maior est ipso in sapientia et in aestimatione. Non interpellat verba focii sui, neque terretur, respondere. Interrogat quod res est, et respondet conuenient-

xvi

nicenter. Respondet ad primum primo, et ad postremum postremo, et quod non audiuit, dicit non audiui, et confiteatur, quod verum est. cf. Obadiam de Bert. in h.l.fol. 218. col.a. Rector igitur Praesidis quasi locum obtinebat, respondentis autem vices in se suscipiebat, quem Rector hoc iubebat, reliquis opponentibus, cuicunque libuit, et tunc demum Praeses dubium soluebat. Sic enim fol. 124.b. ס' יוחסין ראה שיכלה לנטוט בגירותן יועדו עליו כולם בר' שבתוות כל חרש אדר' והויה יושב והשורה אי גורסין לפניו ושאר השורות שומעין ושוטקין וכש מגיעין למקום הצרייך להם לרבר' ירבו בו בינם לבין עצם' וראש רשבה שומע אותם ומבין את רבריהם ואחר כך קורא מהם שוטקון וירודען שכבר הבין מחלוקתם וכשישלים קריאתו וורש וגורס באותה מסכתא שגרסו ביום החורף כל אחר ואחר בכיתו. ופרש בכל רבריו הרבר שנחלקו בו התלמידים ועתים **שהויה שראל מהם פירוש הלכות**. Cum autem Princeps Academiae aliquem tentare volebat circa studium suum, constituebat (tempus) in quatuor Sabbatis mensis Adar. Ipse autem sedebat. Et recitabat vna classis, reliquis audientibus et silentibus. Cum autem perueniret ad locum, de quo esset loquendum, loquebantur de eo ita, vt eius substantia probe intelligeretur. Rector autem audiebat ipsos, et intelligebat eorum verba. Postea legebat ipsis silentibus et intelligentibus, quia iam intellexerat controuersiam eorum. Et cum absoluta fuerat lectio illius, fermocinabatur et recitabat supra tractatum cui studuerunt diebus hyemis, quilibet in propria domo, et explicabat illum compendiose, sicut et rem controuersam inter studiosos, et nunc quam ab eis postulauerat, ipse faciebat explicationem. Ex quibus simul patet, quale nomen disputationibus fuerit impositum. Opponens audiebat **שואן** interrogans, respondens dicebatur et **משיב** audiens et respondens. Talis quidem ordo ut nunc exposuimus, tantum in Academiis obseruatus videtur, ubi fuit **ראש ישיבה** cum aliis in locis ybi tantum Syne-

Syn-

Synedrium, nec obseruari potuerit. Sufficiebant enim teste MAIMONIDE duo sapientes, quorum alter poterat docere, alter audire et interrogare et respondere, ad synedrium constitendum, verba sunt in T. י"ד חזקיהו טהרת תורה (*).
 כל עיר שאין בורה שני סנהדריןfol. 228. a. חכמים נרוילים אחד ראי ללם ולהורות בכל התורה כולה ואחר גורע לשמע גורע לשאול ולהשוו אין מושיכין בורה סנהדרין אף על פי שיש בורה אלפיים מישראליים סנהדרין שיש בורה שנים אלו אחר ראי לשמע ואחר ראי לרבר הרוי זו סנהדרין היו בורה שלשות הרוי זו בינוינויה היו בורה ארבעה יודעים לרבר הרוי זו סנהדרין חכמיה וגוי in viba in qua non sunt duo sapientes magni, alter aptus ad docendum et ad instruendum in tota lege, et alter sciens audire et interrogare et respondere, non constituunt synedrium; quamuis ibi mille Israelitae essent. Synedrium, in quo sunt duo, unus aptus ad audiendum et unus aptus ad loquendum, ecce hoc est synedrium. Si sunt ibi tres, ecce hoc est non imis magnum. Si sunt ibi quatuor qui sciunt loqui, ecce illud est synedrium sapientiae. Non tamen omnes in eo conuenere, duos tantum sufficere, cum potius Talm. Bab. tr. סנהדרין fol. 17. b. adfirmet requiri tres כל עיר שאין בורה ואחר לשמע אין מושיכין בה סנהדרין ובביתר היו שלשה וביבנויה ארבעה ר' אליעזר ור' יהושע ור' עקיבא ושם עיון התימני Vrbs in qua non sunt duo ad loquendum, et unus ad audiendum, in ea non constituunt synedrium. In Bitther fuerunt tres, et in Iabne quatuor R. Elieser, R. Iosua, R. Akiba et Simeon Themanita. cf. R. Abraham ben Diur ben David ad Maimonidem, ut et Joseph ben Karo in **כسف משנתה** ad

C. 1. c. l.c.

*) Distinguenda omnino sunt synagogae, synedria et scholae. Facit hoc R. Salomo Izchack in Comment. ad tr. Babyl. fol. 105. a. בת רין של עשרים ושלשה בת כנסיות להחפלה, בת מדרשת למשנה בת כנסיות ולתלמוד. Domus iudiciorum viginti trium virorum: domus congregationum ad orandum: domus disquisitorum ad discendam Mischnam et Talmud. Domus scribarum ad institutionem puerorum. בת כנסיות sunt synedria, בת כנסיות sunt synagogae, בת מדרשות sunt Academiae, בת ספרין sunt scholae. Cf. de discrimine inter haec quatuor Vrbinum 1. c. C. III. p. 50. sqq.

XVIII

I.c. Siue autem sufficiente duo siue tres siue quatuor, tantum tamen constat, in tali synedrio non potuisse ordinem illum, quem in Academiis vidimus, seruari.

Res controuersae de quibus disputabatur, dicebantur quo caeteroquin omnis res, omne dictum et factum denotatur Talm. Bab. tr. ברכות fol. 51. b. רבריהם אלו רבריהם שכין Illae sunt res controuersae inter Sammaeanos et Hillelaeos. Ipsa vero disputatio dicebatur cap. 5. fol. 30. col. 4. כל מחלוקת פרקי אבות שהייתה לשם שמים סופה ס' יוחסין cf. פילופולסfol. 3. b. פלוגתא l. c. ut alia nomina taceam, inter quae tamen fol. 3. adduximus, cum contra Rabboth fol. 90. col. 3. edit. Anstel 1641. exemplum exhibeat quaestionum minoris ponderis. רבינו חוה עבר על סימוניא ויצאו אנשי סימוניא לקראותו אמרו לו רבי תן לנו אום אחר שיחזור מקרה אותו ושונר את רינינו נתן להם ר' לוי בר סוסי ועשה לו בימיה גדולה והושיבו אותו למעלה ממנו נתعلמו הרבה תורה מפיו שאלו אותו ג' שאלות אמרו לו גדרת יבמות הירא חולצת ולא השיבן רקקה רם מהו ולא השיבן כלום אמרו ולמאנ לית בר אולפן בר אגורה הוזענו i.e. Rabbenu transiit ad Simonenses, et egressi sunt viri Simonenses. Dixerunt ad eum: Rabbi da nobis virum qui nos erudiat, et iteret nobis, et iudicet iudicia nostra. Dedit ipsis R. Leui bar Susi, et struxerunt ipsi suggestum magnum, et adduxerunt eum in superius; et oblitus est verba legis. Proposuerunt ei tres quaestiones. Dixerunt ad eum: truncata est fratria, quomodo per eam extrahendus calceus? sed nihil respondit. Si exspuit sanguinem quomodo tunc? sed nihil plane respondit. Dixerunt, non eruditus est in hac doctrina,

strina, forte explicationes mysticas nouit etc. Qui explicationem horum quaestionum legere cupit, sequentia dicto loco euoluat. In his disputationibus quae referente Abarbanel
 לקנתר ולצת להתגבר REFERENTE Abarbanel
 זוח על זה כי אם להוציא האמת ולגלוות מצפוני
 הרבירים אשר יודעו מtower המשא וחתמן אשר במלח וכת
 ור alter alterum vexet, vel ei praeualeat, sed veritatem
 in lucem producat, et rerum abscondita reuelet, id quod fiat
 interuentu deliberationis in disceptatione. Acerbissime saepe
 disputatum fuit in primis a Babylonis sapientibus, quorum
 spiritum hodierni Iudaei plus duplo accepisse videntur. Talm.
 Mai רכתי, ואקח לו את שתי מקלות, Bab. fol. 24. a. סנהדרון
 לאחר קראתי נועם, ולאחר קראתי חוביים, נועם
 אלו תלמידי חכמים שבארץ ישראל שמנעים זה
 זה בהלכה. חוביים אלו תה שביבל שמחכמים
 זה זה בהלכה, וראוי אל אלה בני הוצאה
 העמוריים וגוי, ושנים זיתים עלייה, יצחר, אמר
 רבי יצחק, אלו תה שבארץ ישראל שנוחין זה זה בהלכה
 בהלכה כשם זית, ושנים זיתים עלייה, אלו
 תה שביבל שמריין זה זה בהלכה כוית.
 Quid sibi vult illud quod legitur Zach. XI, 7. sumsi mihi bacilos duos, vnum vocavi נועם? חוביים זיתים innuit discipulos sapientum, degentes in terra Israelis, qui suauiter se inuicem excipiunt, in pertractandis statutis religionis. ii חוביים sunt qui Babylone degunt, qui de statutis disputationes, alter alterum studet euertere. Zach. IV, 14. et dixit ad me, illi sunt filii oleae, qui perstant etc. v. 3. et duae oleae iuxta illam. Oleae, dixit R. Isaac: hi sunt discipuli sapientum in terra Israelis, qui in disputationibus se faciles praebent, instar olei oliuae. Et duae oleae iuxta illam. Hi sunt D. S. in Babylonia, qui sibi inuicem amari in disputationibus sicut olea. Huc etiam verba eiusdem tractatus fol. 29.a. pertinere videntur אמר רבי יוסי ברבי יהורח זה הוא לא אובי לו ולא מבקש רעתו מיכאן לשני תלמידי חכמים שwonain זה ארץ זה שאין חשבין ברין אחד Dixit R. Iosi ad R. Iehudam, ille nec est amans nec quaerens malum

XX

lum eius, sicut duo D. S. qui se inuicem odio habent, nec sedent simul in iudicio. Memini etiam, me aliquando in Talmude, nescio quo loco, ad Thren. III, 6. **בְּמַחְשָׁבֵי הַוְשִׁיבָנִי** **אֶלְמָאוֹר זָהָה** **תַּלְמִידִים שָׁלָל בָּבֶל** hanc explicationem legisse. hi sunt discipuli qui Babylone degant, nec alia causa huius comparationis videtur, quam infinitae illae rixae quibus omnem utilitatem disputationum tollebant, ut ita in relatione ad usum quem in sacris praestabant, quasi mortui essent. conf. etiam Talm. Bab. tr. **פְּסָחִים** fol. 113. col. 2. med. Tanto affectu altercandi cum laboraret cohors sapientum Babylone viuentium, modestia contra ac pacificus animus eorum qui Hierosolymis viuebant, eo maiorem merebatur laudem, quam et Talmudici ipsis tribuunt. ll. cc. Nostras disputationes si consideramus, siue perpendimus, quam rarissime dubia mota rite soluantur, in primis in rebus magis momenti, non adeo mirabimur, si nec apud Iudeos controversias rite solutas deprehendemus. Quod si autem tale insoluble dubium proponebatur, adsumebatur quidem sed responsioni Eliae reseruabatur. Exemplum legimus in Talm. Bab. tr. fol. 45. a. med. vbi quaestio quare **עֲוֹלָה מְנֻחוֹת** Ezech. XLV, 18. 19. dicatur **חַטָּאת** Eliae soluenda relinquitur, ter enim haec verba leguntur **פָּרָשָׁה זוּ אֱלֹהָה עֲתִיר לְהַרְשָׁהּ** Periochen hanc explicaturus est Elias. Sic etiam tr. **בְּכָזֶב** Cap. I. ipsa Mischna fol. 20. l. ita praecipit **מְשִׁיעָה** **שְׁטָרָה בֵּין שָׁטוֹתָיו וְאַנוּ יוֹדֵעַ מֵהֶן טִיבוֹ וְהַנֵּה מִינָּה**. Si quis libellum inuenerit inter suos libellos, et nescierit, quomodo factum sit, relinquet donec venerit Elias. conf. quae VRSINVS l. c. p. 285. de hac re adducit loca. Verbo, res haec notior est quam ut pluribus confirmari beat argumentis. Plura addere potuisse, si spatium permisisset, nisique etiam reliqua quae hoc pertinere videantur, ante paucos dies, a Cominilitone Nobilissimo MULLERO in Schediasmate, *de academicis doctorum Iudeorum disputationibus* explicata essent. Non igitur aliud in medium proferre animus fuit, quam quae ipsi scriptores Rabbinici nobis reliquerent; quibuscum ut L. B. contentus esse velit, rogo.

* * *

Coll. diss. A. 13, misc. 17